

# FLORA.

67. Jahrgang.

Nº. 35.

Regensburg, 11. Dezember

1884.

**Inhalt.** Dr. J. Müller (Müll. Arg.): Revisio Lichenum Eschweilerianorum.  
— Litteratur.

## Revisio Lichenum Eschweilerianorum,

i. e. Lichenum a cell. Martio, Sellow, Freireiss, Principe  
Neovidensi et Raddi lectorum et a cl. Fr. Eschweiler in Martii  
Flora Brasiliensi, vol. 1., parte priore (in 8°) anno 1833 expo-  
sitorum, e novo studio speciminum originalium in herbario  
Reg. Monacensi asservatorum,

Series I.

auctore

Dr. J. Müller (Müll. Arg.).

1. **Verrucaria punctiformis** Eschw. in Martii Flor.  
Bras. p. 123 sequentibus composita est.

a. **Anthracotheicum Canellae albae** Müll. Arg.  
Lich. Afric. occ. p. 45 (s. *Pyrenula Canellae albae* Fée Ess. Suppl.  
p. 157, s. *Verrucaria Canellae albae* Nyl. Pyren. p. 51).

b. **Pyrenula velata** Müll. Arg., thallus olivaceo-fuscus,  
tenuissimus, margine nigro-limitatus; apothecia  $\frac{1}{2}$ , mm. lata,  
nano-hemisphaerica, sessilia v. basi leviter immersa, ambitu  
orbicularia, dense sparsa, velo epidermoidali tecta, caeterum  
nigra; peritheciun dimidiatum, lateraliter basi non alato-pro-  
ductum; nucleus basi truncatus et planus, cortici insertus; asci

ejus conformitas cum *V. vitrea* mihi nimis dubia remanet. Sit ergo ***Pyrenula vitrea*** Müll. Arg., sequentibus characteribus distincta: Thallus hypophloeodes, latissime expansus, nigro-limitatus, cum epidermide argillaceo- v. fulvescenti- v. fuscescenti-albidus, laevigatus et continuus; apothecia copiosa,  $\frac{1}{3}$  mm. lata, primum omnino immersa et tecta, demum pro  $\frac{2}{3}$  altitudinis emergentia et vertice v. demum superne latiuscule nudata et nigra, nitidula, rotundato-obtusa v. demum obsolete et minutissime umbilicata; perithecium globosum, integre nigrum, basi valde attenuatum; nucleus albidus; paraphyses capillares, densissimae, connexae et cohaerentes; sporae in ascis octonae, subuniseriales, 30—35  $\mu$  longae, 13—15  $\mu$  latae, oblongo-ellipsoideae, utrinque obtuse angustatae, 4-loculares, loculi intermedii oblongi, terminales globosi et multoties minores. — Loculi terminales sporarum a cl. Eschw. et ipso Krph. praetervisi fuerunt. — Prope *Pyrenulam subductam*, sc. *Verrucariam subductam* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 116 et *Pyrenulam punctellam* et *P. nitidam* locanda est. Caeterum eadem est ac *Verrucaria approximans* Krph. Lich. Glaz. p. 81, ubi e sporis non satis evolutis ut videtur pro parte infelicititer descripta. — In meo specimine Glazioviano n. 3463 omnia cum planta Eschweileriana quadrant; sporas vidi 20—30  $\mu$  longas, 8—13  $\mu$  latas, 4-loculares, nec 2-loculares. — Quod dein a cl. Krph. in Lich. Glaz. pro *Verrucaria punctella* enumeratur (l. c. p. 78, n. 313), e citato specimine Glaz. n. 3462, a planta Nylanderi differt et nihil est nisi eadem ipsissima *Pyrenula vitrea* bene evoluta. — Prope Bahiam: Martius, et prope Rio de Janeiro: Glaziou n. 3462 et 3463 (haec junior).

13. ***Verrucaria globifera*** Eschw. Bras. p. 131, species distincta, sit ***Anthracothecium globiferum*** Müll. Arg., thallus hypophloeodes, cum epidermide maculam obscurius v. pallidius fuscum formans, tenuis, laevis, continuus, margine nigro-zonatus; apothecia circ. 1 mm. lata v. demum paullo majora, circiter semiimmersa, praeter partem superiorem demum latiuscule emergentem et denudatam thallodice corticata, superne conico-hemisphaerica, demum superne nitidula, nunc rotundato-obtusa, nunc obsolete umbilicata; perithecium globosum, basi completum et undique subaequicrassum; sporae in ascis geminae, superpositae, 120—150  $\mu$  longae, 30—40  $\mu$  latae, utrinque obtusae, demum crebre parenchymaticae divisae et rufo-fuscae. — Proximum est ceylonico *Anthracothecio epapillato*,

a quo thalli colore et forma perithecia differt. — Corticola prope Para.

14. *Verrucaria cerina* Eschw. Bras. p. 133; Nyl. in Prodr. Nov. Gran. erronee sub *Pyrenula cerina* Eschw., quae non existit, nunc erit *Pyrenula cerina*: thallus cerino-aurantiacus, lineis hypothallinis nigricantibus geographice plus minusve peragratus, laevis; apothecia  $\frac{1}{5}$  mm. lata, globosa, omnino immersa et tecta v. demum paullo majora et vertice nudato-nigro perspicua, non emergentia; sporae in ascis irregulariter 2-seriales, fuscescentes, fere aequaliter 4-loculares,  $20-24 \mu$  longae et  $9-11 \mu$  latae. — Prope *Pyrenulam punctellam* et *Pyrenulam cryptostoma*, sc. *Verrucariam cryptostoma* Nyl. locanda, at colore thalli, apotheciis minoribus omnino immersis et sporis majoribus differt. — Prope Bahiam corticola.

15. *Verrucaria aenea* Eschw. in Mart. Icon. sel. t. 8. fig. III (1828) et Bras. p. 133, eadem est ac *Verrucaria heterochroa* Montg. Cent. 3. n. 87 (1842), Nyl. Pyren. p. 52. Nomen Eschweilerianum nonnisi statui vetustate corrupto convenit et dein accipi nequit. Thallus normalis est ochraceo-rufescens v. ochraceus, qualis etiam pro parte in ipsissimo specim. Martiano occurrit. Planta caeterum est *Trypethelium Kunzei* Fée Monogr. Tryp. p. 36 t. 15, fig. 3, proximum *Trypethelio catervario* et *Tr. ochroleuco*. Verrucae 1—3-ostiolatae, subinde varie confluentes et multiplices. Sporae circ.  $25 \mu$  longae et  $8-9 \mu$  latae, ut in affinibus quadriloculares, quoad structuram ut in *Pyrenulis* sed hyalinae. — Corticola prope Bahiam.

16. *Verrucaria subaperta?* v. *flavo-fusca* Eschw. Bras. p. 134, eadem est ac *Verrucaria catervaria* Fée Ess. p. 90; Nyl. Pyren. p. 52, quae ob dispositionem irregulariter determinatam apotheciorum a cl. Tuck. Gen. p. 260 recte ad genus *Trypethelium* relata fuit sub *Trypethelio catervario*. Verrucae valde depressae et irregulares, depauperatae, sub epidermide prorepentes; apothecia haud raro partim confluentia; sporas vidi  $20-25 \mu$  longas et  $8-10 \mu$  latas. — Corticola prope Para.

17. *Verrucaria Tetracerae?* v. *crocea* Eschw. Bras. p. 134 est omnino *Verrucaria heterochroa* Montg. Cent. 3. n. 87 (statu normali), Nyl. Pyren. p. 52, sc. *Trypethelium Kunzei* Fée. Structura apotheciorum nec non forma et magnitudo sporarum bene convenient. — Corticola in Brasilia meridionali: Freireiss.

18. *Verrucaria ochroleuca* Eschw. in Mart. Icon.

sel. t. 8. fig. IV (1828) et Bras. p. 135, est *Trypethelium ochroleucum* Nyl. in Flora 1869 p. 126, Krph. Lich. Glaz. p. 85, et *Trypethelium pallescens* Fée Monogr. Tryp. p. 31 t. 13 fig. 3 (1831); Nyl. Pyren. p. 74. Sporae hyalinae, octonae, irregulariter 2-serialis, 20—28  $\mu$  longae et 7—9  $\mu$  latae. — Caytété prope Bahiam (et frequentius prope Rio de Janeiro).

19. ***Verrucaria aspista*** Eschw. Bras. p. 138, non Ach., s. *Limboria circumscissa* Eschw. in Mart. Icon. sel. crypt. t. 10. fig. IV (exclus. fig. 2. a et 3) est absolute eadem ac *Leiogramma lobatum* Eschw. ejusdem operis Lich. Bras. p. 100, ubi planta rectius exposita est (fide specim. orig. utriusque in hb. Monac.) —

Hanc incaute cl. Nylander (Enum. gén. p. 134) ad *Lecanactidem patellulam* (Fée) Nyl. retulit, quae perithecio basi completo crasse nigro et sporarum loculis numerosioribus nec non ambitu lirellarum plus minusve oblongato nec regulariter orbiculari (aut orbiculari-anguloso) valde differt.

Descriptio et icon sporarum apud Eschweiler eximie falsae sunt et evidenter ex eo ortae sunt, quod in specimine orig. sporae saepissime vetustate valde contractae, plicato-corrugatae et irregulares occurunt, e quibus vera structura vix erui potest. Sporae normales tamen ex iisdem specim. orig. sunt fuscae, 33—40  $\mu$  longae, 9—11  $\mu$  latae, lenticellari-7—9-loculares, nec biloculares ut descriptsit cl. Eschweiler. — Peritheciū basi nullum; lamina hyalina, apice in epithecium incrassatum abiens, hoc diu epidermide tectum et demum stellatim aut irregulariter cum epidermide grisea decedens.

Est nunc ***Phaeographis lobata*** Müll. Arg. L. B. n. 459, affinis *Ph. punctiformi* (Eschw.) et *Ph. pezizoidea* (Ach.) et satis late distributa est, habeo enim e Rio de Janeiro: Glaziou n. 5468, 5476 (a cl. Krph. pro *Graphide patellula* determinata), e regione Bahiensi, e Guyana gallica: Leprieur n. 562, e Cuba: H. Mann n. 649, et C. Wright n. 159 (pulchre), e Guadeloupe: Husnot n. 484, et ex insula Java.

---

Obs. E falsis descriptione et iconē Eschweilerianis et ex ipsa diagnosi ejusdem (mutatis mutandis et ampliandis), et ex alia specie aliena guyanensi sporis 2-locularibus praedita, cl. Montagne dein in sua Cent. III. n. 81 (in Ann. Sc. nat. 1842 p. 56) novam composuit *Verrucarium (Pyrenulam) Eschweileri*, quae iterum omnino diversa est et ubi synonyma Eschweileriana omnia excludenda sunt.

Cl. Nylander dein insuper plantam Eschweilerianum in Lich. Husnot. p. 20 sub falso nomine *Graphidis punctiformis* (Eschw.) enumeravit et descriptsit (fide specim. Husn. n. 484 in meo hb.)

In alio specimine dein prope Bahiam lecto vera et delineata *Limboria circumscissa* Eschw. non adest, sed *Pyrenula xyloides*, apotheciis supra basin saepe circumscisso-ruptis intus vulgo corrupto-albidis (sporas tamen inveni) praedita superest quae hoc stadio similitudinem quandam offert cum laudata *Limboria*. Ibidem praeter Lichenes nonnullos crustaceos gymnocarpicos insuper sequentes 3 immixtae occurunt, quae in opere Eschweil. non tractatae sunt.

a. ***Microthelia thelena***, s. *Verrucaria thelena* Ach. Syn. p. 92. Specimina juvenilia, manca et sporis raro praedita fere omnibus hyalinis juvenilibus vix ultra 20  $\mu$  longis et inaequaliter 2-locularibus; apothecia caeterum late pyramidali-conica, circumcirca deplanata speciem trahunt.

b. ***Anthracotheicum denudatum*** Müll. Arg. Lich. Afric. occ. n. 52, s. *Verrucaria denudata* Nyl. Pyren. p. 49.

c. ***Arthopyrenia Cinchonae*** (Ach.) Müll. Arg. I. B. n. 615.

20. ***Verrucaria?* *constellata*** Eschw. Bras. p. 139, (exclus. synon) non ad *Pyrenocarpeas* pertinet, sit: ***Urceolaria constellata*** Müll. Arg.; thallus instrato-crustaceus, tenuis, ob quisqualia subjacentia inaequalis et sub lente minute verriculosus, caeterum laevis et continuus, cinereo-albidus, intus concolor; gonidia vulgaria, globosa, diametro 9—12  $\mu$  aequantia; apothecia  $1\frac{1}{2}$ — $2\frac{1}{4}$  mm. lata, innato-sessilia, i. e. paullo emergentia, planiuscula, margo thalloides subnanus et laevis, mox ab interiore proprio crenato et hinc inde substellatim laciniato superatus; discus niger, obsolete caesio-pruinosus; epithecium olivaceo-fuscum, hypothecium inferne atro-fuscum et strato supero hyalino vix multo crassius; lamina fuscidulo-hyalina; asci 8-spori; sporae 18—23  $\mu$  longae et 8—10  $\mu$  latae, transversim 4—5-septatae, loculi non terminales longitrorsum semel v. bis divisi. — Species margine proprio lacero praesertim a congeneribus differt, caeterum *U. cinereo-caesiam* Ach. et *U. chloroleucam* Tuck. fere refert. — Terricola ad flumen Amazonum.

21. ***Pgrenastrum sulphureum*** Eschw. in Mart. Icon. sel. t. 8. fig. VII. et Bras. p. 144, est ***Astrothelium sulphureum*** Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 129. — Ad flumen Amazonum.

22. ***Pgrenastrum album*** v. ***verrucarioides*** Eschw. Bras. p. 147 est species distincta: ***Arthopyrenia***

(s. *Polymeridium*) *tumida* Müll. Arg.; thallus argillaceo-albidus, latissime effusus, continuus, aequalis, circa apothecia autem tumido-incrassatus et totidem verrucas nano-hemisphaericas, basi sensim in thallum abeuntes formans, laevigatus et opacus; apothecia immersa, thallum solo vertice nigro demum perforato superantia, globosa, integre nigra, basi autem multo tenuiora. demum superne magis denudata, parte demum nuda  $\frac{1}{5}$  mm. lata, caeterum diametro circ.  $\frac{1}{3}$  mm. aequantia; nucleus hyalinus; paraphyses capillares, gelatinosae, clathratim connexae; ascii 8-spori, cylindrico-ovoidei; sporae (hyalinae) 26—32  $\mu$  longae,  $8\frac{1}{2}$ —10  $\mu$  latae, elongato-ovoideae, 4-loculares. — Inter *A. catapastam* et *A. albida* locanda; emergentiae thallinae multo minus elatae quam in priore, sed bene tamen distinctae, non deficientes ut in posteriore; sporae dein quam in utraque multo maiores sunt. — Corticola prope Bahiam.

23. *Pyrenastrum cinnamomeum* Eschw. in Mart. Icon. sel. t. 9. fig. I, et Bras. p. 149, nunc *Astrothelium cinnamomeum* Müll. Arg., thallo cinnamomeo v. subinde cupreo-cinnamomeo (interdum expallente) et verrucis emersis parvulis 1 mm. latis non raro geminatim v. ternatim confluentibus depresso-late pyramidal-conicis intus nigris et sporis circ. 24—27  $\mu$  longis et 8—11  $\mu$  latis 4-locularibus (hyalinis) distinctum, a cl. Nyland. Pyr. p. 80 erronee cum „saturate roseo“ *Astrothelio conico* Eschw. Bras. p. 163 conjunctum. — Hic etiam pertinent specimina Leprieuriana guyanensis ol. a cl. Montgn. sub *Astrothelio conico* amicis missa et in sua Cryptogamia guyanensi sub n. 225 (habeo Lepr. n. 53 et n. 182) enumerata, et similiter *Astrothelium conicum* Krph. Lich. Becc. p. 58, ubi sporarum magnitudo recte enunciatur. — Quod autem cl. Nyland. sub *Astrothelio conico* in Pyren. p. 80 descripsit, e sporis subduplo longioribus et duplo et ultra latoribus certe specifice diversum est, et etiam colore thalli a primitivo *A. conico* Eschw. discrepat. — *A. cinnamomeum* Eschw. corticolum crescit ad Caytété prope Bahiam.

Obs. In praecedentibus speciminibus ad Caytété lectis occurrit *Pyrenulae* species quae a cl. Eschw. l. c. pro *Sphaeria* habita fuit, sed thallus offert gonidia irregulariter chroolepoidea et microgonidia. Sit *Pyrenula brachysperma* Müll. Arg.; thallus obscure cinereus, tenuis, leproso-membranaceus, sub-continuus, margine obsolete nigro-zonatus, demum subevanescent; apothecia  $\frac{1}{7}$ — $\frac{1}{5}$  mm. lata, dense conferta saepeque

partim connata, globosa, integre nigra, primum superne tantum emersa, demum majore parte libera, opaca, subrugulosorudia; paraphyses parum evolutae; asci 8-spori, lineares; sporae 9—12  $\mu$  tantum longae et 6—7  $\mu$  latae, ambitu globoso-ellipsoideae, utrinque rotundato-obtusissimae, e hyalino fuscescentes, subgloboso-biloculares. — Species peculiaris, prope *P. copromyam* Mass. et *P. aggregatam* Fée locanda, a congeneribus sporis tantum 2-locularibus valde distincta. — *Corticola* ad Caytété prope Bahiam: Martius.

24. *Astrothelium varium* Eschw. Bras. p. 161 est *Trypethelium Sprengelii* (Ach. Lich. Univ. p. 306?) Fée Ess. p. 65. t. 19. fig. 1; Nyl. Pyr. p. 76, species in regionibus tropicis vulgaris. — Descriptio Achariana verrucam intus rufo-ferrugineam offert quam in planta vulgari semper intus flavam vidi, qualem etiam depinxit Fée l. c. — In hac forma normali, etiam vetusta, verrucae rigidulo-corticatae remanent.

*A. varium* v. *citrinum* Eschw. l. c. sit *Trypethelium Sprengelii* v. *citrinum*; sc. verrucis demum decorticatis totisque plus minusve intense flavis. — Reliqua convenient. — Late distributum habeo: ad Rio Magdalena in Nova Granata (Lindig n. 26), in Ceylonia (Nieter, Thwait.), in China ad Wampoam (Rabenh. f.)

25. *Trypethelium hemisphaericum* Eschw. Bras. p. 155, s. *Ophthalmidium hemisphaericum* Eschw. Syst. p. 26. t. 23 (ubi apothecia duo connata) nunc est *Porina* (s. *Euporina*) *hemisphaerica* Müll. Arg.; thallus rufo-v. cupreo-fuscus, tenuis, linea nigra limitatus, continuus, laevigatus, opacus; apothecia  $\frac{3}{10}$  in. lata, hemisphaerica, mastoidea, usque ad apicem v. alte thallino-vestita, apice fusco nitido nuda, parte vestita thallo laetiora, saltem inferne, flavescenti-fusca, laevia, regularia, subinde geminatim connata; sporae in ascis octonae, 35—45  $\mu$  longae, 7—9  $\mu$  latae, cum halone ampio 10—14  $\mu$  latae, 6—8-loculares, fusiformes, utrinque acuminatae. — A proxima *Porina nucula* differt thalli et apotheciorum colore omnino alio. Systema gonidiale fere ut in sect. *Phylloporina*, gonidia irregulariter et subintricatim flabellato-connexa. Sporae cum iis *P. nuculae* Ach. convenient et affinitas hic nec ad genus *Trypethelium* spectat. — *Corticola* ad Para.

Obs. Inter specimina paraensia aliarum *Pyrenocarpearum* in hb. Monac. insuper occurrit stirps pulchre distincta a cl.

Eschw. l. c. neglecta et a cl. Nyland. in Flora 1865 p. 429 sub nomine nudo, sc. nunquam characteribus stabilito *Melanothecae brasiliensis* citata, quae generi *Tomaselliae* adscribenda est. Sit ***Tomasellia brasiliensis*** Müll. Arg.; thallus hypophloeodes, late expansus, margine fusco cinctus, cum epidermide laevis, albido-pallidus; apothecia 2—8 in stromata spuria  $1\frac{1}{2}$ — $2\frac{1}{2}$  mm. lata ambitu obtuse anguloso-lobata convexa gibboso-inaequalia et opaco-nigra demum nitidula et minutissime pluriostiolata connata et hinc inde simul et solitaria, connata tota altitudine arcte confluentia; perithecia integra, basi plus minusve tenuiora; nuclei globosi, albi; paraphyses capillares, laxe connexae; spora in ascis octonae, hyalinae, 2-loculares, 22—28  $\mu$  longae, 7—10  $\mu$  latae, elongato-obovoideae, utrinque obtusae, loculi subdistracti, demum ad latera subrepandi. — Prope Para corticola.

26. ***Pertusaria communis*** Eschw. Bras. p. 116, excl. syn., est ***Pertusaria leioplacoides v. tetraspora*** Müll. Arg. L. B. 739. Verrucae alte hemisphaericæ, apice paullo depresso-concavæ et ibdem approximativæ nigro-2—5-ostiolatae; spora 90—105  $\mu$  longae et 34—38  $\mu$  latae, demum intus valviduscule transversim costulatae. — Corticola ad Rio dos Contas: Martius.

27. ***Pertusaria communis* v. *lutescens*** Eschw. Bras. p. 118 est ***Pertusaria lutescens*** Krph. Südsee Ins. p. 11: thallus distincte lutescens, evolutus minute rugulosoinaequalis; verrucae  $\frac{3}{5}$ — $\frac{4}{5}$  mm. latae (rarius simul et duplices), depresso-hemisphaericæ, basi non constrictæ, sublaeves, vertice paullo truncato-obtuso confertim 1—4-ostiolatae; ostiola minute punctiformia, pallida et fusca, superficiem verrucarum non superantia, demum subconfluentia; spora in ascis regulariter duæ, superpositæ, 80—130  $\mu$  longae, intus flavæ; endosporium laxe transversim reticulato-costulatum. — Corticola prope Bahiam, et in insula Socotra: Dr. Schweinf., in Australia orientali prope Rochhampton: Thozet, et (ex Krph. l. c.) in insula Viti.

Obs. Speciminibus bahiensibus admixta est ***Blastenia erythrantha***, s. *Lecanora erythrantha* Tuck. Obs. p. 402 et Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 28, ex determinatione et inscriptione ipsius Nyl. ad specim. bahiens. illi olim e manu Krph. missum.

(Continuabitur.)

# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1884

Band/Volume: [67](#)

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: [Revisio Lichenum Eschweilerianorum 665-672](#)